

videri oculi corporis. Oia q̄ magis vilipē
dūtur et relinquūtur ab hōib; mūdānis:
magis honorātur et recipiūtur a deo et san
ctis. Et ea q̄ amplius diligūtur et amplectū
tura honorātur ab hōib; mūdānis: āplius
odiūtur et relinquūtur et vilipēdūtur a deo
et sanctis. Oia enī odiēda diligit hō miser et
diligēda odit. Rogauit semel frater Egidius
quēdā frēz dicens habes tu bonā aiā; respō
dit frater ille. frater mi nescio. dixit ei frater
Egidius. sancta cōtritiō sancta huilitas san
cta caritas sancta deuocō et sancta leticia faci
unt aiā bonā et sanctam. **De fide**

Omnia q̄ p̄nt excogitari narrari videri l
palpari n̄l sūt respectu eoz q̄ nec ex
cogitari nec videri nec palpari p̄nt. Oēs sa
piētes et sancti q̄ fuerūt et sūt et erūt q̄ locuti
sūt ul' loquēt de deo nō dixerūt nec v̄mō
dicēt de deo i opacōe ei? qd̄ ē. n̄ sic ē cuspis
v̄mō ac i opacōe celi et terre et oīm creatu
raz q̄ in eis sūt et plusq̄ milies m̄mō. Tō
ei sac scriptura loq̄tur tāq̄ balbuciēdo sic
mat balbuciens cū filio suo puulo q̄ ah̄t
nō pōt intelligere verba ei. dicebat sel' egi
di? cui dā iudici seculari credis tu q̄ dō
dei sūt maḡ r̄ndit credo. cui dixit. oñdo tibi

quod non credis et adiecit quantum valet omnes facultates tue: Rndit iudex valet forsitan mille libras . dixit ei frater . Egidius . dares tu pro millibus libris ? respondit dare valde libenter Dixit ei frater Egidius . certum est quod terrena omnia nichil sunt respectu celestium . cur igitur hoc non das pro illis ? respondit iudex . Credis tu quod homo tantum operetur quantum credit . rndit frater egidius sancti et sancte . bona que potuerunt facere . studuerunt opere exercere et que non potuerunt complere . compleuerunt sanctis desideriis et defectum operis . supplevit ipsum desiderium sanctum . Si quis haberet perfecte fidem videret in tale statum in quo daretur ei plena certitudo . homini qui certitudinaliter expectat magnum et eternum bonum quid mali potest facere ei aliquid quod malum ? Et homini qui expectat eternum malum quid boni potest ei facere aliquid bonum ? Nunquam tamen debet aliquis desperare dum vivit de misericordia dei quia vix est arbor ita spinosa et nodosa quam non possunt homines planam et pulchram facere et eam orare . multo magis non est quis ita gravis peccator in mundo quem non potest deus gratia et virtutibus adornare **De dilectione dei et proxi**